



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Odilo Abbas. 1. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ostendit *Christus* ipse, dum, sacris operanti adesse spectabilis, cum sancto Duodecimvirorum cælestium senatu voluit. Sed & talem Hebræus non nemo credidit, cui profano adhuc, sacræ tamen mensæ accumbenti, cum minimo in orbe magnum *Virginis Filium* è manu suâ propinasset, manus & ipse dedit. Magnum demum senserunt è maximis tyrannis duo. Horum alter Iulianus (is qui turpe sibi apostatæ nomen peperit) orante contra se *BASILIO*, sententiam ferente *Deiparâ Virgine*, exequente *D. Mercurio*, orbi pœnas perfidie, quas meruit, dedit. Non felicius alter *Valens*, exilium *Diyo* nostro nequicquam semel iterumque intavavit. Nam sententiam impiam ferre jam cogitanti, ipsum iustius iudice suo tribunal reclamavit, sellâ diffractâ; & subscribere laboranti, penna atramentum, quod habuit, tertium negavit: ipsa manus facere officium noluit; certè ut non posset, exaruit; conjunx filiusque ægri ad cogitatum scelus nolentes etiam ingemuerunt. Et filius quidem à magnâ *BASILII* manu convaluit. Cui cum *Valens* pessimos superinduxisset medicos *Arianos*, filius continuò malè mortuus est. At bene noster, sub annum *Christi* CCC. LXXVII. vixit *BASILIVS*; vel hoc uno magnus magnique faciendus *Parthenijs Sodalibus*, quod virgo vixit. *Ex Suario.*

Ve tradentibus Christum ad crucifigendum; sed, ve cum maligna conscientia sub Sacramento sumantibus illum. S. Remig. Super Matth.

S. O D I L O A B B A S.

I. Ianuarij.

PVER *ODILO* in *D. VIRGINIS* perreptavit claudus, exivit sanus; & cum ire jam quò vellet, posset, pulchrè pedibus, quos cælum donavit, usus.